



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

In tentatione pusillanimitatis, desolationis, adversitatis, tribulationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54750)

*In tentatione pusillanimitatis, desolationis,
adversitatis, tribulationis.*

SI ambulavero in medio umbra mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Psal. 22. In Domino sperans non infirmabor. Ps. 25. Ecce DEUS Salvator meus, fiducialiter agam, & non timebo. Cant. 15. Sperent in te, qui noverunt nomen tuum, Domine, quoniam non dereliquisti quarentes te, Domine. Ps. 9. Nec enim in gladio suo possederunt terram (Sancti propriis viribus cœlum) & brachium eorum non salvavit eos, sed dextera tua, & brachium tuum (quod respectu mei nondum decurtatum est) & illuminatio vultus tui (gratia illuminans, excitans) quoniam placuisti in eis. Ps. 43. Ipse Deus meus, & Salutaris meus, & Susceptor meus, non movebor amplius. Ps. 61. Si consurgant adversum me castra, non timebit cor meum; si exsurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo. Ps. 26. Usque in tempus sustinebit sapiens, & postea redditio jucunditatis. Eccl. 1. Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Beatus vir, qui sperat in eo. Ps. 33. Defecit manna, postquam comederunt de fructibus terra. Jos. 5. Sic dum terrestre quaris solatium, cessat divina unctio. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Psalm. 22. Virgâ castigat DEUS pigros in suo servitio, inobedientes bonis inspirationibus; sed baculo assistentiæ sustentat debilitatum, & humilem factum. Nondum usque ad sanguinem restitistis,
Hebr.

De operibus quotidianis. 83

Hebr. 4. *DEUS modicum passos firmabit, solidabitque, & ipse est merces tua magna nimis.* Gen. 15. *Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinavit ex hoc in hoc; veruntamen fax ejus non est exinanita: bibent omnes peccatores terra.* Ps. 74. *vel in hac vita, ut convertantur, vel postmodum in exterminio. Peccavi, & verè deliqui, & ut eram dignus, non recepi.* Job. 33. *Tribulatio & angustia invenerunt me. Mandata tua meditatio mea est.* Ps. 18. *De tribulatione invocavi Dominum, & exaudivit me. Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini. Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me.* Ps. 117. NB. Totus Psalmus tertius & duodecimus, qui oratur in Matut. Dom. tempore tribulationis servit devotè recitatus. Sicut & Cant. Isaiaë, - quod vide feriâ secundâ ad Laudes. *Momentaneum & leve tribulationis nostra supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis.* 1. Cor. 4. *Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & susline Dominum.* Ps. 26.

In tentatione contra vocationem.

DEUS subjecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea; quia ipse DEUS meus, & Salvator meus [à tot periculis animæ perdendæ me præservans in sæculo] & Adjutor meus (ad Societatem) non emigrabo (transiens à Societate Christi ad societatem diaboli) in DEO Salu-